



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Regulæ vtriusque iuris selectæ . 12

Bald. in c. j. in §. iniuria de pace iur. fir. in V. si. feu. & in l. ij. C. de reb. credi. Corser. in sing. inci. testis. el. 12. Ias. in l. & si ll. nu. 5. C. si contra ius vel vtili. publi. & in l. si duo patroni. §. si. nu. 5. ff. de iureiur. in §. item si quis postulante. nu. 64. Insti. de actio. Barthol. Chaf. in confue. Burgund. rub. j. in tit. (des iustices. } fol. 14. col. iij. nu. 15. pro quo est gloss. in c. rex debet furta. xxiiij. q. v. probatur de iure nostro regio in l. xxvj. tit. xj. par. 3. & in l. 83. Tauri.

REGVLA XXVIII.

ACCVSATIO facta de crimine, vel inquisitio tanquã cõmissa certo tẽpore vel loco, si probetur de alio tẽpore, vel loco, debet sequi absolutio. Hęc regula probatur in l. denuntiaste. in §. quid tamen ff. de adult. ponitur per Docto. in l. si per alium. in §. docere. ff. ne quis eũ, qui in ius vocat. est vi exi. Iaso. in l. interpositas. C. de transf. Floria. in l. si cui. ff. quẽadmo. seruit. amittã. Angelus in l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de infami. Canon. in c. licet causã. de probationibus.

- 1 Limita primo, quando locus vel tempus non esset variabile: quia esset impossibile quod sit nisi vnum: quia tunc licet non probetur locus vel tempus in accusatione deductum, debet sequi condemnatio, ex quo locus vel tempus non alterat ipsum factum vel pœnam: Ita tenet Ange. de Perus. in d. §. quid tamen nn. 4.
- 2 Secundo fallit, quando inquisitus esset confessus delictum: Ita tenet Angel. in l. si vacantia. col. 33. vers. quero si inquisitus. C. de bonis vacan. lib. x. de quo vide Bald. qui videtur aliter dicere in l. quoniam in ff. de his qui not. infra.
- 3 Tertio limita, quando in inquisitione esset clausula, quæ cõmuni ter solet apponi, videlicet super quibus omnibus & singulis procedere intendit simul & diuisim, & omni meliori modo quo potest: Ita tenet Bal. in l. et si seuerior. C. de his qui not. inf. Flor. in l. in delictis. in §. si detracta. in ff. de noxa. Ange. Aret. in tracta. maleficio, in parte, super quibus omnibus & singulis, nu. 4.

REGVLA XXIX.

ACCVSATVS non potest reaccusare accusatorem suum post nomen rei receptum inter reos. Probatur hęc Reg. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. in l. neganda. C. qui accusa. non poss. in c. neganda. 3. q. 2. de iure Regio. tex. in l. 4. tit. j. par. 6.

Limita hanc Regulam decem modis, vt per Maria. Soci. in c. ex literis. a nu. 69. vsque ad nu. 79. de mutuis petitio. vbi in nu. 65. ponit quando dicatur nomen rei receptum inter eos.

REGVLA XXX.

AD cõpromissum faciendũ iudex partes litigantes cogere nõ potest.

B 4 test.

D. Petri Duen.

testamen. Ita probat glo. & ibi Bartol. in l. furt. in §. qui ius. ff. de his qui not. in fa. tex. in §. si. & ibi Ange. in Auth. vt litigates iurent. colla. §. in c. fin. & ibi Bald. in ij. col. de rescrip. Bart. in l. congruit. ff. de offi. præsi. Bal. in præ. Decreta. nu. 28. glo. vbi doc. in l. j. in §. & post operis. ff. de noui ope. nuntia. quod etiam hodie est decisum, vt etiam inter consanguineos non habeat locum in pragma. 25. de Segouia, anni 1534.

Hanc Regulam limita tribus modis, vt per Ias. in l. quidam existi- mauerunt. nu. 4. ff. si cer. pet. quas limitationes posuit Iacobi, de san- cto Georgio in l. si vero. nu. 1. C. de iudic. Septem limitationes ad hanc Regulam posuit Feli. in rub. de treug. & pace. vbi notabiliter tractat materiam: quam regulam latius explicabimus infra, in Re- gu. incip. Affines.

REGVLA XXXI.

ADMISTRATORES seu officiales, vt sunt tutores, curatores, & si- milis, non possunt emere res illorum seu bona, cuius vel quorum ad ministrant. Facit & probat tex. in l. si in emptione. §. fin. ff. de con- trahen. emp. vbi dicit tex. q. tutor non potest emere rem pupi. glo. in l. cum ipse. C. eo. tit. ibi, cum dicit, habet locum hæc in omni officio publico vel priuato. & si isti contrahunt puniuntur, vt in l. non licet, ff. eo. tit. vbi tex. dicit q. amittunt rem, & condemnantur in quadru- plum, facit etiam tex. in l. qui officij. ff. de contra. em. & in l. j. & ibi doc. C. de contrac. iudi. in l. plebiscito. ff. de offi. præsi. notatur in lau- fertur, in §. j. ff. de iure fisci. Hæc Regula probatur in tutoribus & cu- ratoribus in l. j. tit. v. lib. v. ordina. & in l. xiiij. tit. vlti. lib. viij. ordi- na. & in l. iiii. tit. v. par. v. hanc Regulam ponit, Soci. in Regu. 278. vbi eam limitat septem modis.

Et quia Socinus tantummodo ponit regulam in officialibus admi- nistrantibus iustitiam, diuidam eam in duas partes. In prima parte po- nam vltra eum Fallentias alias in istis officialibus qui iustitiam ad ministrant. In secunda parte quid in curatoribus & tutoribus: quæ est magis necessaria.

- 1 Primo fallit vltra Socinum supradicta Regula, nisi officialis emit rem que fuit patris vel antecessoris sui. Ita probatur in d. l. qui offi- cij, & in l. milites, ff. de re milita. ff. de re milit. & notatur in d. l. prin- cipalibus, maxime per Roma. Ratio est, quanihil proprium est filio quam patris successio. vt in Authen. quibus mod. natu. effi. legit. in §. igitur, colla. vi.
- 2 Secundo fallit, nisi contractus confirmetur silentio 30. annorum: Ita concludit Azo in Summa. C. de contrac. iudi. quæ sequitur Mat- thæus de Afflic. in c. j. §. si vero. nu. 18. de feud. Guar. atque Castal. in V. sib. feud.
- 3 Tertio fallit, nisi officialis emat finito officio, & sic tempore syn- dicatus, vt in d. l. C. de contrac. iudi. & not. glo. in d. l. qui officij, & ita tenet Ias. in d. l. principalibus, nu. 4.